



## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiæ Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

A p[at]rib[us] eccl[es]iæ moderatoribus recte constitui posse leges obligatorias quar[um] tra[n]sgressio iducucat mortalis culpæ labem, æternæq[ue] damnationis reatum. X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

tesimū & septuagesimū quartū. Vnde manifeste dinoſcitur hic **A**pollinaris, ipſi **Dionyſio** Corinthiorum episcopo fuisse cōtemporaneus: & iſdem argumentis quae de **Dionyſio** Corinthio adducta ſunt, cōuincit nō fuiffe author eoꝝ opeꝝ de quibus p̄fens agitatur diſcuſſio. De eodem autem latius narrationem texit historia ecclesiastica libri quarti cap. uicesimoquarto & uicesimoquinto. Posterior uero **Apollinaris**, à **Hieronymo** in ſupra dicto eius opere cōmemoratus: eft **Apollinaris** **L**aodicēſis, **Syriæ** epifco  
Apollinaris  
laodicenus.  
pus ſub **Gratiano** imperatore & **Damaso** ſummo pontifice habi-  
tus illuſtriſ: circa annū à redēptione mundi trecentesimū & octo-  
gesimū. Quæ uel ſola temporis ſupputatio, ex chronicō **Eusebij**  
deſumpta: claro eft argumento, **Apollinarē** hūc **L**aodicēnuſ neq;  
quā conſcripſiſe opa illa præclara, quæ **Dionyſiano** nomini attri-  
buuntur: q; ipſa (ut multifariā ante eft oſtenſum & crebrius dictū)  
circa ea tempora quibus adhuc ſancti apostoli uerſabantur in ter-  
ra: fuerint cōpoſita. Huic accedit, q; **Apollinaris** iſte **L**aodicēnuſ  
epiſcopus (ſi **Eusebio** in chronicō & in historia ecclesiastica credi-  
muſ) uifitator fuit in ſanctæ hæreſeoſ: de qua paulo ante fact⁹ eft  
fermo, quāuis idipſum **Hieronymus** non cōmemoret. Nempe &  
tēpus & locus eius ab **Eusebio** ſignatus: prodiſ eundē ipſum eſſe,  
de quo **Hieronymus** ſecūdo ordine loquitur. Eat itaq; nūc **Lau-**  
**rentiū** **Valla**, & à doctiſſimiſ ſuæ ætatiſ uitriſ ſcīſcīteſ accuratiuſ:  
quiſnam fuerit ille **Apollinaris**, quē iudicauerint eorū autho-  
rem operuſ que **Dionyſio** **A**reopagita aſcribunt. Credo equi-  
dem ipſos: in illo inueniendo multū ſudatuſoſ fuiffē. quādoquidē  
clarissimi uitri eruditioe ꝑ singulari præſtatiſſimi, **Eusebius** & **Hie-**  
**ronymus**, ubi recenſent **Apollinareſ**, ob doctrinę ſplendorē ante  
ſua tpa celebratoſ: nullius meminerūt **Apollinaris**, cui **Dionyſia-**  
na illa opera uere poſſiſt aſcribi. Sed de hiſ hac tenuſ.

¶ A patribus ecclesiæ moderatorib⁹ recte cōſtitui poſſe le-  
ges obligatoriaſ: quaꝝ trāſgressio inducat mortalis culpe la-  
bē, æternæq; dānatiōis reatū. Cap. X.

T aliquāta digreſſiōe expaciati parū per ab institu-  
to, ut p; beato patre **Dionyſio** **A**reopagita apologeti  
cō diſceptatoriū quinq; proximis capitib⁹ cōpre-  
hensū cōſcriberem⁹: nunc ruitum ad iter incepſū  
f pedem



## LIBER PRIMVS

pedē flectamus oportet. Præcedēs quidē sermo mōstrauit, ab apostolis & uiris apostolicis instituta esse permulta: circa euangelicæ legis exortum, ad rectū totius ecclesiæ regimē attinētia: que nō sunt in euāgeliū codice conscripta. Nunc reliquū est ostēdere & ipsos primāuæ ecclesiæ rectores & eosq; successores probe cōstituī īse eiusce generis leges & regulas, populi Christiani obligatorias, & in sacra noui testamēti pagina minime expressas: quaq; prævaricatio inferat letiferā noxam, & ad perpetuā detrudat mortem. Quinimo & nunc & futuro itidē tpe ad consummationē usq; secuī, tales sanctiōes ordinādi, illo ecclesiæ primores etiam habere postulat: si quando id efflagitarit utilitas ecclesiæ aut necessitas.

I Quod sane sequentibus ratiōibus ita astruere conabimur, ¶ Qua rum prima: sit hæc. Multa sunt statuta concilioꝝ generaliꝝ & ecclesiæ catholice: quæ determinant ac declarant apertius diuinā p̄cepta, definiuntq; hōq; circumstantias & modum obseruandi particularem. At nemini dubiū esse debet, huiusmodi instituta sacro sanctaꝝ synodorum & ecclesiæ orthodoxe, obligare quoscunq; si deles tā aīctō uinculo: quod transgrediētes ea efficiātur rei culpa mortifera, & damnationis perpetuaꝝ. Exempli gratia. Diuino p̄cepto iubemur sanctificare sabbatum. Ecclesia aut̄ sancta determinauit modū illius sanctificationis: utpote quod frat̄ inter cetera abstinentia ab opere corporali, & audiendo missæ officium diebus dominicis & festis. Et ergo obstringūtut oēs illa constitutiōe ecclesiastica: ad audiēdum missæ mysteriū in diebus solēniibꝝ, quod si neglexerint sine legitima causa: haud dubie grauē incurrit aīæ reatu. Similiter iubemur diuino præcepto iejunare: & conuerti ad dominū in iejunio, quod p̄ Iohelē prophetā nobis est insinuatū. Ecclesia aut̄ catholica determinauit obseruationē ieuniū quotannis esse faciēdā in quadragēsimā: abstinentia à lacticinijs, & in quatuor t̄pibꝝ anni ac uigilijs aliquoꝝ solēniū festoꝝ: abstinentia à carnibus, & unica refectione diurna. Quare ad ieuniū huiusmodi ecclesiasticū obseruādū alligamur ea constrictione: ut transgrediētes id ieuniū præceptū, peccati mortalis noxā contrahāt. Rursum obligatur iure diuino Christiani ad confessionē peccatoꝝ sacerdotis faciendā, ad susceptionē itidē sanctæ eucharistiæ, & ad orationē. Modum aut̄ & tēpus hæc obseruandi: constituit ecclesia catholica in sacrosan-

Exodi. 20.

Iohne. 2.

sacrosanctis synodis. ut q̄ saltē semel in anno scilicet in festo paschæ, fiat ab unoq̄ confessio p̄fōrum integræ: & suscep̄tio sacramenti eucharistie quodq̄ sacris iniciati ordinibus legat quotidie horas canonicas: per modum orationis deo debitæ. Et clarum est quēq; p̄ sua uocatione ad hæc ipsa astringi tam arcta obligatiōe: ut prævaricans hæc præcepta ecclesiastica reddetur reus æternæ mortis. **Nam** is simul est diuini transgressor mandati: quod, ista debitis determinant circūstātijs. **Manifestum** est igitur, cōcilia generalia et primos ecclesiæ p̄sides: suis præceptis homines ad id obstringere posse, cuius transgressio sit animæ mortifera. ¶ **Secunda ratio.** **Mul** 11 tæ præterea sunt cōstitutiōes synodales & ecclesiasticæ, q̄ quis nō ita determinet è uicino & tā aperte modū obseruādi aliquā diuinū p̄ceptū: multū tamē cōserūt ad dei honorē amplificādum, ad salutem etiam animarum curandam, & deniq; ad Christianæ religiōnis maiorem syncæritatem. **Quemadmodum** ordinatio antiqua de sancto die paschæ celebrando quotannis non decimaquarta lūne æquinoctio uerno proxima, more Iudæorum: sed die dominica proxime illam decimamquartam lunam sequēte, quod certe Christianorum est. **Commēdabilis** identidem illa sanctio de abstinenția carnium feria sexta cuiusc̄ hebdomadae: in memoriam dominice passionis. **Similiter** & ea magnopere probanda, de continētia uiorū ecclesiasticorū qui sacros ordines suscep̄rūt: ut in sanctimonia ac castitate: diuino ministrēt altari. **De** ruptiarum etiā celebratione: certis anni temporibus pretermittēda. Deniq; de æta te & temporibus ordinandorum: & ad ecclesiasticos ordines promouēdorum. & consimiles id genus leges: ad honestatem & decus totius ecclesiæ plurimum facientes. Illarum autem constitutionum transgressor (ut si quispiam citra necessitatem uesceretur carnibus feria sexta, aut si sacerdos occidētalis ecclesiæ, duceret uxorem) fieret haud dubie reus peccati mortalīs & æternæ damnatiōis, quod ecclesiæ sancte rebellis esset ac contraueniret. **Potest** igitur generale concilium & ipsi ecclesiæ antistites aliquid ordinare contenta neum euangelio (qualia sunt hęc omnia modo adducta: ad pleniorē euangelij observationem apprime conducentia) quod subiectū constringat populum, & ita obliget. ¶ **Tertia.** **Quod** à spiritu sancto, infundente gratiam suam & insinuante suam uoluntatem

f 2 mentibus

III

## LIBER PRIMVS

mentibus hominū simul in Christo congregatoꝝ, constituitur ac decernitur: nō minoris est nec inferioris gradus ac sortis, q̄ quod à Christo est palā cōstitutum. Est em̄ spiritus sanctus, etiā deus: p̄tri & filio, autoritate ac potestate æqualis. At quæ decernuntur in concilio ecclesiæ generali legitime congregato, cōcernētia statū ac regimen uniuersalis ecclesiæ: à spiritu sancto constitui censenda sunt, qui tali præsidet cōcilio & ipsum dirigit, immo cuius magistratio & gubernatione: tota Christi ecclesia agitur ac regit secundum.

**Ioann. 16.** istud uerbū dñi nostri ad suos discipulos. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare mō. Cum aut̄ uenerit ille spiritus ueritatis: docebit uos om̄ne ueritatē, credendoꝝ scilicet & agendoꝝ ad rectā ecclesiæ ædificationē. Vñ in actibus apostolοꝝ post cōuocatum ab eis cōciliū super ea quæstione, essent ne cærimoniae ac obseruatiæ legis Mosaicæ imponendæ fratribus, qui ex gentib⁹ cōuerteren̄ ad Christū: sententiā ac determinationē illius synodi,

**Actuū 15.** in hunc modū apostoli fratribus absentibus scripserunt. Vñsum est spiritui sancto & nobis: nihil ultra imponere uobis oneri: q̄ hęc ne cessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulachroꝝ & sanguine, & suffocato & fornicatione. In quibus uerbis, spiritui sancto ut primo authori ascribunt illius cōciliū definitionē apostoli: sicut uerte erat. Et de alijs synodalibus cōfessib⁹: idē censeri debet iudicium. Igitur transgressores cōstitutionū in huiusmodi cōciliis ordinatarū: tanq̄ spiritui sancto rebelles ac iniurijs, culpæ mortalis rei cōstiuunt

III. ac æternæ mortis. ¶ **Quarta ratio.** Christus ecclesiæ sponsus luce di lectæ semper assitit, eāq̄ in suis dirigit operibus ac institutis, secun-  
dum hanc suā pollicitationē factā discipulis suis ante suā salutiferā

**Matth. 18.** passionē. Vbi sunt duo uel tres congregati in noīe meo: ibi sum in medio eoꝝ. Quanto igit̄ magis in medio est totius ecclesiæ: simul adunatæ in cōcilio generali. **R**utsum, Christ⁹ ad Petru à se toti p̄fectū ecclesiæ: ait, Ego rogaui pro te Petre: ut nō deficiat fides tua.

**Quibus** uerbis, & pro sancta ecclesia (cuius cōstitut⁹ erat Petr⁹ pa-  
stor) rogasse seipsum: etiā ipse insinuat, ut nō deficiat fides eius, sed  
integra perseueret: depulso prouersus omni errore & infidelitate. In-  
**Matth. 28.** sup̄ in caelū ascensurus Christus; apostolis suis cōtestatus est. Ecce  
ego uobiscum sum omnibus diebus: usq̄ ad consummationē secu-  
li. **Q**uod si omnibus diebus reuera nunq̄ ab ecclesia sua protegen-  
da a c.

da ac defensanda se subtrahit. **E**t si usq; ad consummationē seculi: semper utiq; affuit, & nunc adeat, & aderit semper ecclesiæ suæ, eam recte dirigens. Quocirca præcepta ecclesiæ in generalib; con cilij edita: etiā & Christi censenda sunt quodā modo præcepta, ut qui per ipsam ecclesiā illa constitui ac suo nomine decernit: cu ret & uelit. Transgredientes igitur ea instituta: nō tam humana q; diuina præuaricantur præcepta, peccatiq; mortiferilab; incurrit. æternæq; dñationi se reddunt ac culpa noxios: ob huiusmodi in obedientiā in Christum & ecclesiam.

**E**cclisiæ primores ac p̄sides posse leges obligatorias cōdere, etiā cum adiecta intermissione: q; ea: transgressores incur-  
rant peccati mortalīs reatum.

Cap.XI.

**V**aūt maius accipiat robur quod in p̄cedēte pro-  
positum est capite, ab ipsis scilicet eccliae primatibus  
ac p̄cipuis rectoribus cōstitui posse regulas & san-  
ctiones, subditore obligatorias: cum expressa etiam  
transgressoribus poena, q; letiferæ culpæ p̄petueq;  
morti sient ob ea: p̄auicationē obnoxij: adiiciendæ sunt supe-  
rioribus rationibus & aliæ, quæ in huius ueritatis persuasionē a-  
nimosoim ualentius inducant. **S**it itaq; hæc: ordine quinta ratio. v.  
**I**n multis concilio: ecclesiastico: summorumq; pontificum decretis  
exprimitur illa pena: q; sententiā excommunicationis incurrit illo-  
rum statutor: transgressores. **I**n nonnullis itidē explicatur intermi-  
natio dñationis æternæ: quæ significatur ijs inferenda qui p̄aua-  
ricati fuerint huiusmodi constitutiones. Et utrūq; horæ fieri recte  
censem: & cōformiter ad illud uerbū dñi, dictū Petro de eo qui ob-  
surdescit ad monita ecclesiæ: illiq; parere recusat. **S**i ecclesiā nō au-  
dierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. **Q**uo uerbo designat Chri-  
stus: cōtumaces & rebelle ecclesiæ, nō mō in materia correptionis  
fraterne, sed etiā in alia quavis obseruanda cōstitutione: à reliquo-  
rū fidelium consortio abiiciendos esse & eliminandos. **A**tqui excom  
municatio non infert alicui legitime: nisi propter peccatum mortale,  
& potissimum ob pertinacē inobedientiā in ipsam ecclesiam. **I**gitur  
ecclesia sancta nonnunq; intendit ac proponit obligare suos subdi-  
tos ad aliquid faciendum, eo astrictionis uinculo: ut illius præcepti  
violatores efficiant rei labis mortiferæ & dñationis æternæ. atq;  
f 3 huiusmo-

Math.18.